



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

[Prælvdivm.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)



LIBER QVARTVS
DE AVXILIO
SVFFICIENTE,
QVID SIT, QVIBVSQVE DETVR,
ET QVOMODO AD LIBERTATEM
voluntatis circa supernaturales actus neces-
sarium sit.

PRAELVDIVM.



EXPLICAVIMVS haec-
nus omnes tam habi-
tuales quam actuales
gratias, quibus Deus li-
berum arbitrium ad
bene operandum con-
fortare excitare, & ad-
iuuare solet, diuifio-
nesque omnes quas D.
Thomas & alij Theo-
logi antiqui de vtraque
gratia nobis tradide-
runt, pro viribus declaraui-
mus. Nunc traanda
succedit illa non minus antiqua, quam obscura
difficultas, quomodo haec necessitas & efficacia
gratiae, praesertim actualis, cum libertate ar-
bitrij, eiusque usu componi: & in concordan-
tiam redigi possit. Quod ex duobus punctis pen-
det, vnum est, quomodo haec auxilia dent vo-
luntati liberae potestatem volendi: aliud est, quo-
modo dent illi ipsum velle, duo enim ad liberta-
tem necessaria sunt scilicet posse velle, & posse nol-
le, seu non velle, ideoque vt voluntas sit libera
circa supernaturales actus, necessaria sunt auxi-
lia quae volendi facultatem conferant, & quae
dent illi ipsum velle, vt potestatem nolendi non
auferant. Ad vtramque autem explicandum data
est à Theologis alia diuifio auxiliantis gratiae in
sufficientem & efficacem, quam licet antiquio-
res Theologi sub his terminis expressè, & forma-
liter non tradiderint, rem ipsam in diuersis locis
frequenter, & prout occasiones occurrebant, do-
cuerunt.

1.
Cardo dif-
ficultatis.

2.
Propositio-
rum instantiam,
distributio
etiam inter Catholicos ea occasione subortas,
illa diuifio expressius tradita & accuratius decla-
rata est; ideoque in hoc & sequenti libro circa il-
lius disputationem & explicationem immorabi-
mur, in huius initio illam praemittendo, & deinde
prius membra sufficientis gratiae in eius discursu

CAPVT I.

An rectè Auxilium gratiae in sufficiens, & efficax
diuidatur.

Rationes dubitandi esse possunt. Prima, quia
vel hic diuiditur gratia actualis sola, vel habi-
talis sola, vel gratia dans vires voluntati vt ab-
strahit ab vtraque. Primum dici non potest, quia ratio-
gratia actualis sine habituali non sufficit, neque
efficax est, aliàs superflua esset habitualis. Eadem-
que ratione potest dici secundum, quia multomi-
nus sufficit habitualis gratia sine actuali, vt per se
notum. Nec etiam dici potest tertium, quia par-
vulis datur sufficiens gratia, & tamen non datur
actualis, sed habitualis sola. Adulti verò habent
sufficientem gratiam cum sola actuali sine habi-
tuali, vt de infidelibus constat, imò etiam effica-
cem possunt habere ad aliquas operationes sine ha-
bituali gratia: ergo nullo ex dictis modis potest
diuifum illius partitionis subistere, ac proinde
neque ipsa diuifio.

Secun-